¶ Quinta Cella.

DIſpoſitio quinte cellule hec eſt. diſcipulꝰ hodie a preceptore ſuo in quintã introducit cellam. In cuius primo latere tota terra velut ſilua vel ſtabulũ depicta erat: in qua non erãt niſi aĩalia mortalia. In eiꝰ tñ pte orientali mons erat pulcerrimꝰ ⁊ altiſſimus/ ad inſtar fructuoſiſſimi orti atq₃ pulcerrimi: ſuper quem deus hominẽ creatũ immiſit atq₃ inſtituit. In ſecundo latere homo ſic ibidẽ conſtitutus deãbulauit: poſt paululũ vero dormiuit. ⁊ ipſo dormiente facta eſt mulier ex eiꝰ latere: quos ambos creatos decepit ſerpens: inducẽs ad pcepti trãſgreſſionẽ. In tcio latere poſt pdictam trãſgreſſionẽ erubeſcẽtes: folijs verẽda cooperiebant: ⁊ a quodã gladiũ vſatilẽ habentẽ extruſi: miſere viuebãt In quarto latere tandẽ ad locũ formationis Ade venientes: inueterati morte defecerunt. Cui diſcipulus. Cur hec prima hiſtoria geneſis conſpicit? Tunc magiſter ita reſpõdit. Hec pictura mortis naturalis deſignat cauſam atq₃ originẽ. ¶ Primũ latus

¶ Pictura itaq₃ primi lateris deſignat totũ mundũ: ſtabulum vel ſilua deputatũ aĩalibus irrationalibus. Sʒ mons iſte ſignificat paradiſum terreſtrẽ: qui locus homini deputatus fuit ãte lapſum. Extra quem paradiſum deus hominẽ creauit. Quia ſumma bonitas volẽs bonũ ſuũ cõmunicare alijs/ fecit creaturã rõnalem: que ſummũ bonũ intelligeret: intelligendo amaret: amando poſſideret: poſſidẽdo beata eſſet. Fecit autẽ deus primum hominẽ formãdo corpus eiꝰ: per miſteriũ angeloꝝ. de limo tre: in agro damaſceno. ⁊ inſpirauit in faciẽ eiꝰ ſpiraculũ vite. i. aĩãm creauit: quã corpi facto vniuit. hic creatꝰ fuit rõne ſapiens: vita innocẽs: dñio potẽs. In pma ſui inſtitutiõe datum fuerat diuinitꝰ quoddã ſupnaturale donũ qd non recepit vt ſingularis pſona: ſʒ quoddã principiũ totiꝰ huãne nature. vt ſcʒ ab eo diriuaret in poſteros. ita q ſui cõditione

erat: impaſſibilis / tranquillus / immortalis

¶ Unde de prima cõditione ſcʒ impaſſibilitate dicit magiſter ſenten. xix. diſ. ſecũdi allegãdo Yſidorũ. Si homo in

paradiſo viueret: nec ignis eum vreret: nec aqua mergeret: nec
aeris abſentia ſuffocaret: nec omnia que nocent mortalibus im
pedirent. vnde ⁊ Augꝰ xiiij. libro de ciuitate dei. ca. xxvj. Nul
lus internus morbus/nullus ictus metuebatur extrinſecus. Sū
ma in corpore ſanitas erat: in animo tota tranquillitas. Et q̄
uis nulla dos corporis glorioſi cōpetere poterat corpori nō glo
rioſo: corpus vero primorū parentū non erat glorioſum: q2 cor
pus efficitur glorioſum per redūdantiam anime beate: ⁊ anima
parentum primorū non erat glorioſa: et impaſſibilitas ſm theo
logos xlix. diſ. q̄rti. Dos eſt glorificatorum corporum ergo ꝛc. Tū
impaſſibilitas ſm ſcotū diſ. xix. ſecūdi libri ſumitur dupliciter. pma
priuans potentiā ⁊ actū patiendi: ⁊ hec dos eſt corporū glorifi
catorum que nec patiuntur nec pati poſſunt. ⁊ hec non fuit in pri
mis parentibus. Quedam vero eſt impaſſibilitas que priuat
actum ⁊ non potētiam: et hec non eſt dos. iſta fuit in hominibꝰ
conditis: quoniā licet poſſent pati: tamen q̄ diu diuinū ſeruaſ
ſent imperiū/nunq̄ paſſi fuiſſent. partim ſcdm ſanctū Thomā
per propriā ratione per quam poterat vitare nociua: partim p
diuinam prouidētiam que ſic ipſum tuebatur vt nichil ei occur
reret ex improuiſo a quo lederetur. Actus ergo cuiuſcūq3 agētis
contrarij in corpus hominis fuiſſet impeditus/ne illud lederet
a potentia dei. Ipſa equidē potētia ſuſpendit vim ignis vt nō
offenderet tres pueros in camino Danielis iij. Agnetē in mar
tyrio. Johannem in dolio: qui omnes illeſi abierunt. ¶ Se
cundo de tranquillitate. viuebat enim in quiete abſq3 aliquo pe
nali labore. Non erat enim opus fodere terram: ſerere cāpos:
plantare vineas: edificare domos: et ſimilia. cui ōnes alie crea/
ture inferiores obediebāt. Et q̄uis dicatur Geneſis ij. Q2 deꝰ
poſuit eum in paradiſo voluptatis vt operaretur/ergo ad laborē:
Rn̄dit Augꝰ ſup Gen̄. q2 operatio illa non laborioſa/nō tedi
oſa/ſed ſolacioſa ⁊ delectabilis erat. qualis nūc eſſe ſolet in hijs
qui plantulas quaſdam irrigant: aut flores colligunt. ¶ Ter
cia conditio vite hominis fuit immortalitatis: erat enim abſolu
tus homo ab obligatione mortis: cuius anima indiſſolubiliter
corpori inheſiſſet atq3 ineſſet. Unde Augꝰ in queſtionibꝰ noui

⁊ veteris teſtamēti. Deus inquit hominē fecit vt q̄ diu nō peccaret immortalitate vigeret. Si aūt diceret̄ quō poterat corp⁹ illud ex elemētis ꝯtrarijs ꝯpoſitū indiſſolubile ꝑmanere: cū cōpoſitū ex contrarijs naturaliter ſit diſſolubile: quia ſm̄ Auicennam Contraria ſemper appetūt ire in regiones ꝯtrarias. Reſpondet ſcūs Thomas in prima pte q. xcvij. Q2 aliquid poteſt eſſe incorruptibile tripliciť. vno mō ex pte materie: eo ſcʒ ꝙ nō habet materiā/ ſicut angel⁹. vel habet materiā que nō eſt in potentia niſi ad vnam formam: ſicut corpus celeſte. et hoc dicitur incorruptibile ſcd̄m naturā. Alio mō diciť aliquid incorruptibile ex parte forme: quia ſcʒ rei corporali inheret aliqua diſpoſitio per quā totaliť a corruptione ꝓhibeť. ⁊ hoc diciť incorruptibile ſcd̄m gloriā. quia vt dicit Aug⁹ in epl̄a ad Dioſcorum. Tam potenti natura fecit deus animā: vt eius beatitudine redūdet in corpus plenitudo ſanitatis/ ⁊ incorruptionis vigor. Tercio mō diciť aliquid incorruptibile ex parte cauſe efficientis ⁊ hoc modo in ſtatu innocētie fuiſſet incorruptibil' hō ⁊ imortalis. quia ſm Auguſtinū in de q̄ſtionib⁹ noui ⁊ veteri teſtamēti. Immortalis illa erat ſm̄ vim quādam ſupnaturalē in aiā reſidētem: non aūt per aliquā diſpōnem corpi inherentē: ita ꝙ mors ⁊ corruptio homini nō nocuiſſet: q2 de⁹ ita ſtatuerat. fiebat ordo iuſticie: vt ſicut anima dn̄o ſuo: ita corpus ei obediret. dic' Auguſtinus in li° de bap. par. Hic homo factus extra paradiſū: ⁊ in eo poſitus. q2 ſm̄ doct. ſcm̄ Locus ille cōpetebat incorruptioni: quam habuit homo in ſtatu innocētie. Incorruptio autē illa non erat homini ex ſua natura: ſed ex ſupnaturali dono. vt ergo hoc imputareť gratie dei/ ⁊ non hūane nature: de⁹ hominē extra paradiſum fecit: ⁊ poſtea ipſum in paradiſo poſuit: vt habitaret ibi toto tpe aiālis vite: poſt quā adeptur⁹ ſpūalē vitam transferendus eſſet in celū. ¶ Hic locus padiſi terreſtris ꝯmēdatur a tribus precipue: quia maxime temperātie locus: nulleqʒ tempeſtates ibi: dueqʒ ſunt ibi hyemes/ due eſtates. Secundo eſt arboribus optimis replet⁹: florib⁹ ⁊ herbis pulcerrim⁹: ſm̄ Damaſcenū. nullū quoqʒ animaliū ibi fuit. Tercio fluui⁹ ibi erat pulcerrim⁹: de quo q̄tuor fluuij emanauerūt. Hic hō po-

ſitus eſt vt cuſtodiret illum: ſcꝫ ne perderet ꝑ peccatū. ¶ Secundum latus. ¶ In ſecūdo latere habeť quō homo creat⁹ et in eo poſitus diluculo. i. mane obdormiuit non quidez ſcđm aliquos realiť: ſed diſpōne diuina. nam diciť Immiſit dn̄s ſoporem in adā. ¶ Sed queriť quare de⁹ feminā creauerat dormiente Adā. Rn̄deť bᵐ magiſtrū ſentē. diſ. xviij. ſecūdi libri. priō vt vir non ſentiret dolorē in coſte ſubſtractiōe. ſecūdo vt de⁹ ſuam potentiā oñderet: cum lat⁹ hōis dormiētis apuit: ⁊ ipſum a ſoporis quiete non ſuſcitauit. tercio vt ꝓfluxio ſacramentoꝝ de latere xp̄i prefiguraret. Hec igiť de ſola coſta Ade ſine alicuius materie additione formata: ⁊ multiplicata v̓tute diuina: ad totius mulieris formationē euaſit. ſicut factū fuit de quinqꝫ panibus multiplicatis: ad ſaturationē multorū: dať ei in ſociaꝫ: et formata fuit in paradiſo in quo erat triplex gen⁹ lignoꝝ. quoddam ad ſuſtētationē vite / per nutrimentū. quoddaꝫ ad ꝓbationem obediētie: ſicut lignū ſciētie boni ⁊ mali. quoddā ad īmortalitatem. De hijs a deo datū fuit duplex preceptū: primū affirmatiuū. Gen̄ ij. Ex omni ligno ꝑadiſi comede. ſecunduꝫ negatiuū. De ligno āt ſciētie ne comedas. Inuidēs ergo dyabolus felicitati primi hōis: in ſpecie ſerpentis mulierē tanq̄ fragiliorem aggrediť. Quaꝫ cum dubitantē in reſpōſione cerneꝛ: fortius inſtitit: ⁊ vincēs eā etiā virū illa mediāte deiecit: ⁊ cōtra preceptū negatiuū fecerūt. Quib⁹ dictū erat quocunqꝫ die ex eo comederitis morte moriemini. i. morti obligati eritis: vel incurretis mortis reatū. In quib⁹ peccauerūt ⁊ penaꝫ ad poſteros miſerūt. ¶ Sed dubitať hic vtrū gula erat principale vicium primorū parentū. Reſpondeť bᵐ Thomā ij. ſcrip. diſ. xxij. ar. j. Qꝫ fuit ſuꝑbia: quia inobediētia ⁊ ꝯtempt⁹ p̄cepti ſuperioris ex ſuꝑbia cauſať: ſed homo fuit inobediēs p̄cepto. ergo ⁊c. vnde Aug⁹ ad Oroſiū: homo elat⁹ ſuꝑbia / ſuaſioni ſerpentis obediens: precepta dei ꝯtēpſit. Pro quo ſciēdū q̄ bonitas ⁊ dulcedo fruct⁹ non fuit motiuū primū ad peccanduꝫ: ſed ſuaſio ſerpentis / dicentis Aperienť oculi veſtri ⁊ eritis ſicut dij. ⁊ iō primum peccatū eorū erat ſuꝑbia: ⁊ poſtea gula inde diriuata. Cuius ſuꝑbia fuit in hoc q̄ inordinate appetijt ſilitudinē dei: quā-

tum ad ſcientiā boni ⁊ mali principalit̃.ſcḋo vero appetijt ſimi-
litudinē quātum ad potentiā.vt ſcꝫ v̓tute ꝓprie nature operarē
tur ad beatitudinē ꝯſequendā. ¶ Dubitat̃ hic q̄re pctm̄ primi
parent fuit remediabile:nō āt pctm̄ āgeli? Rn̄t Thōs iij ſcrip.
diſ.j.arti.ij. Eo pmo ꝙ hō peccauit alio ſuggerēte:nō āt angelꝰ
ſcḋo qꝛ oēs illi ad quos corruptio peccati primi hōis deuenire
debebat/nondū erāt in actu:ſed in v̓tute tm̄. Et iō nō decebat
rōne diuine iuſticie/vt priuſq̄ eſſent vltimā dānationeꝫ recipe-
rent.ſicut omnes angeli actu exiſtentes:proprio arbitrio pecca
uerunt. Tercio rōne diuine miſericordie:qꝛ tota humana natu
ra lapſa erat in vno peccāte/non aūt tota natura angelica.⁊ idō
magis indecēs erat vt hūana natura tota relinqueret̃ ſub dam
natione/q̄ de natura angelica que non tota corruerat. Hoc p̃-
terea peccatū primorū parentū ſimplicit̃ non fuit grauiꝰ pecca-
tum alijs peccatis hūanis/ſed ſcḋm q̇d.ſic pꝫ. Nam ſ̓m peccati
ſpeciem peccatū eorū non fuit grauius alijs peccatis hūanis.qꝛ
maior ſuperbia eſt qua deus negat̃ vel blaſphemat̃ : q̄ ea qua
quis inordinate appetit ſimilitudinē dei.qualis fuit peccatū p̓-
morum parentū.ſed ſcḋm conditionē perſonarū peccātiuꝫ:pec-
catum illud habuit maximā grauitatē propter pfectionē ſtatus
ipſorum. Erant enim in ſummo aut perfectiſſimo ſtatu:⁊ ideo
ſcḋm Thomā grauiſſime peccauerūt ¶ Terciū latꝰ ¶ In
t̃cio latere trāſgreſſionē ꝯſiderātes verēda tegebāt/⁊ extruſi ex
ulabāt. Pro quo ſciendū ꝙ pene primis parētibꝰ ꝓpt̃ trn̄ſgreſ-
ſionem inflicte ſunt.vn̄ vna notat̃ in huius celle tercio latere : q̄
dicit̃ reſidentie excluſio. ¶ Sed cuꝫ paradiſus terreſtris ſit lo
cus peccato perpetrato inacceſſibilis: Et primi parētes tā bre
uiter in eodem fuerūt/cur ſecūdo die deus eū creauit? Reſpō-
detur ꝙ ſeruit hōi ad documentū: q̄uis non ad vſuꝫ. Priō re-
cognoſcens ſe tali loco priuatū : ⁊ in hūc tetrū carcerē atqꝫ lacri-
marū vallē:ad quā de hoc loco oēs miſerie fluxerūt detruſum:
ſe humiliet. Secūdo dum per ea que corporaliter in illo para-
diſo ſunt.ſ.iocūda ⁊ delitioſa:inſtruitur de hijs que ptinent ad
paradiſum celeſtem. Corporaliter vero non eſt homini ꝑceſ-
ſus ad hunc paradiſum terreſtrem/qn̄ vult.quia ibi cherubin ⁊

gladius verſatilis ad cuſtodiã ligni vite poſita ſunt. vt dr̃ Gen̄ iij. vbi nõ ad lr̃am ꝙ locus paradiſi eſt inacceſſibil' propt̃ vehementiam eſtus in locis intermedijs/ex propinquitate ſolis. et hoc ſignatur per flãmeum gladiũ/qui verſatilis dicit̃ propt̃ proprietatem motus circularis/huiuſmodi eſtuꝫ cauſantis. Et fit per cherubin: quia vt dicit Aug⁹ xj. ſup Gen̄ ad lr̃am. per angelicũ miniſteriũ credit̃ illic eſſe quedã ignea cuſtodia Nã motus corporalis creature diſponit̃ miniſterio ãgeloꝝ. hec Tho. vbi ſ̃. in ſolu. q̇nti argumẽti. ¶ Quartũ lat⁹. ¶ In q̃rto latere ſil'is fact⁹ eſt nobis mortal' Adã ⁊ Eua/q̇ inueterati defecerunt. vbi nõtur alia pena/q̃ eſt vite ꝓuatio/vel mortis ĩcurſio. Pro quo ſciendũ ꝙ aliq̃ pena ſeu defect⁹ ex pctõ ꝯſequit̃ duobus modis. vno mõ per ſe. ſ. per modũ pene taxate a iudice. Alio mõ ꝑ accñs. ſ. cũ defect⁹ ꝯſequit̃ penã. ſicut v̄bi grã Aliquis pro culpa ſua excecat̃. ecce pena taxata a iudice reſpectu tal' culpe Sꝫ ꝙ cadit in via excecatus/iſta pena ſequitur per accidẽs ex prima pena. Sic a ſimili pena taxata pro pctõ primoꝝ parẽtum/proportionabiliter reſpondẽs peccato fuit ſubſtractio beneficij/quo rectitudo ⁊ humane nature integritas cõſeruabat̃ Defectus ãt conſequẽs ſubſtractionẽ diuini bñficij/fuit mors. ⁊ alie penalitates pñtis vite. hec Tho. jͣ 2ͤ q. lxxxiiij. arti. ꝓmo circa ſolu. q̃rti argumẽti. ¶ Sꝫ dubitat̃ quis ſit actor mortis: Reſpondet̃ ꝙ mors p̃t duplicit̃ ꝯſiderari. Vno modo ſcd̃m ꝙ mors eſt quoddã malum humane nature/et ſic mors non eſt a deo vt ab auctore. Ita dicit̃ Sapientie primo. Deus morteꝫ non fecit. ſed eſt quidã defectus incidẽs ex culpa humana. Alio modo mors poteſt ꝯſiderari ſcd̃m ꝙ habet quandam rationem boni. ſ. vt eſt quedã iuſta pena: ⁊ ſic eſt a deo. Vñ Aug⁹. Deus inquit non eſt actor mortis/niſi inquantũ eſt pena. Ibidem in ſolu. q̇nti arg̃. Cur etenim ꝓch dolor luim⁹ ⁊ nos mortis penã q̇ actu non fuim⁹ nec peccauimus: Rñdet̃ ꝙ p̄ceptũ predictũ vt p̄fatũ eſt nõ erat datũ Ade inquãtũ hõi ĩdiuiduo: ſꝫ inquãtũ ipẽ erat ꝓncipiuꝫ hũane nature. Natura em̃ hũana tõ fuit in ꝓmis pn̄tib⁹ Sicut in ſemiẽ v̄tualit̃ tõ arbor. viciuꝫ g̊ ſeminis diceret̃ etiã arboris. Sicut ergo fluuius viciat̃ in fõte

fructus in ſemine: panes decocti ⁊ infecti in paſta: ciuitas i bur/
gimagiſtro ⁊ opidi rectoribus. ſic poſteritas in origine. ꝙ quan
do adā peccauit totā naturā corrupit. que corrupta nō niſi fili/
os generat corruptos ⁊ mortales. Quod deplāgens prophe/
ta p̄s xlviij. ait Nō cum in honore eēt non intellexit ꝛc̄. vbi tan
gitur triplex dedecꝰ ꝯtra honorē homini datū in ſua creatione
Primus honor fuit. ꝙ creatꝰ erat ad ymaginē dei/ ſm̄ mentem
vel intellectū. vt dicit glō. Contra qḋ dicit̄ non intellexit. ſ. ſuā
dignitatē/ ꝙ intellectu vigeret. vel non itellexit vnde cecidit/ vt
doleat. ⁊ quo vadat vt timeat. Secūdus honor ꝙ data ē ei po/
teſtas ſup̄ irrōnalia. cōtra quod dicit̄ ꝯparatꝰ eſt iumētis inſipi
entibus. glō. amiſſa rōne/ non intellexit. ideo ꝯparatꝰ eſt iumē/
tis inſipiētibus. Tercius honor ꝙ ad ſimilitudinē dei factꝰ eſt
in bonitate. quia in gratia factꝰ fuit. ꝯtra qḋ dicit̄ ſimilis factus
eſt illis. ſ. vita non natura. Quem v̄ſum in eodē p̄s bis poſuit.
quia huiꝰ ꝯſideratio dolorē ſuper dolorē addit. vel bis repetit̄/
vt attēti reddamur/ quid fuimꝰ aut quo vadimus. Igit̄ bn̄ di/
citur ad Corintheos xij. peccatū in mundū per hominē intra/
uit: ⁊ ſic apparet cauſa mortis p̄ma. Ex huius igit̄ hiſtorie cō/
ſideratione reddimur vtiles ad bene moriendū: peccataqꝫ pre/
cauendum: Ad

vitandā prauā ſocietatem
ſcʒ celandā peccati excuſationē
ꝯſiderandā dei ſeueritatē

De primo ait Ambroſius de pe. diſ. ij. Adā cū
inuentꝰ eſt ſolꝰ/ non eſt p̄
uaricatus. quia mens eius adherebat deo. Sed recepta ſocie/
tate eue trāſgreſſa eſt mādatū. nā illa praua effecta ad inobedi
entiam dei virū adduxit. ſua ſuaſione deuictū: non carnali cōcu
piſcētia que adhuc non vigebat/ ſed quadā familiaritate amici/
cie. qua fit frequēter inter hōies vt offendat̄ deꝰ/ ne cōtriſtetur
amicus. Secūdo eſt exēplū timēdi ⁊ cauēdi excuſationes in
peccatis. perpetrata enī culpa deus miſericors vocauit eos di/
cens Adā vbi es? vt ꝯfitētibus peccatū ſuū ⁊ accuſantibꝰ indul
geret/ Dicit btūs Gregoriꝰ in moralibꝰ Sed quia hoc facere
recuſarunt: excuſantes ſe alter in alterū culpā retorquētes: vir i
mulierē/ mulier in ſerpentē/ ad extremū etiā deuʒ inculpare niſi

ſunt.quia et ſociam ipſe dedit:⁊ ſerpentē ipſe creauit.ideo iuſto
dei iudicio factū eſt vt de paradiſo eijcerent̄ in mundū/cuȝ om-
ni poſteritate ſua laboribus ⁊ erūnis repleti:vſqȝ ad verticem.
De tercio homo ex huius cōſideratione multū inducit̄ ad ob-
ſeruantiā mandatorū dei/⁊ obedientiā cum timore. Si em̄ rui
ne in celo/ruine in paradiſo: non pepercit deus . quid erit in ter
ra? Si angelus primus in tanta excellentia gratie ſublimatus:
Si primus homo in tanta virtute ⁊ perfectione decoratus: la-
pſus eſt: Quis quātecunqȝ ſanctitatis exiſtat : tāte audacie et
temeritatis eſt:vt non timeat de lapſu ſuo.cum concept⁹ in pec
catis ⁊ natus ſit:⁊ cuncta cogitatio prona ſit ad malū ab adole-
ſcentia ſua. Adam inquit ſcriptura exēpluȝ ab adoleſcētia mea
Hec premeditando Diſpone domui tue qꝛ morieris tu et non
viues.

¶ Sexta Cella.

DEinde diſcipulus a preceptore ſuo in ſextam
cellam introducitur: In qua vidit picturā de
angelis/ qui ſunt conſeruatores vite noſtre/ et
mortis prolongatores. Ingreſſus itaqȝ vidit
limpidiſſimum locū angelis ſubtiliſſimis ple-
num:vbi iocūdiſſimā vitam ducebāt. viditqȝ
⁊ aſpexit illud bellum Michaelis cum dracone Apocal'.xij.⁊
ſuis.luciferūqȝ deuinci ab angelis bonis. In ſecundo latere vi
dit inferiores celos:mobiles ſcȝ orbes:quibus ⁊ elemētis/plan
tis/inanimatis creaturis/inſuper opidis/ciuitatibus/⁊ regioni
bus/ſe ingerebant angeli. In tercio latere iam angeli boni vnā
patriam/ciuitatē/congregationē:atqȝ iam vnum hominē diuer
ſis plagis afflixerunt. In quarto latere varij homines iam na-
ti iam procedentes in vita:iamqȝ vitam egrediētes:angelū vnū
⁊ plures habebāt cuſtodientes.atqȝ nunc gaudētes/ nunc con-
triſtati videbantur angeli. Ex quibus inquit preceptor habes
lateribus/de angelis qui in eccleſia triūphanti ciues ſunt ⁊ con
ſortes beatorū. in eccleſia dei miniſtri/ ⁊ cuſtodes noſtri:⁊ mul/
tipliciter in ꝯmuni ⁊ in particulari nos adiuuant.viuendo/pro/
grediendo/⁊ moriendo. ¶ Primum latus. ¶ In pri-
mo inquit latere habes quō angeli creati ſunt in illo preclariſſi